



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.16. In magno festiuitatis die clamabat Iesus: si quis sitit &c. Tacuit Christus ad sui exonerationem: atque ad nostram vtilitatem altius exclamauit, & quidem adhuc: aquas viuas offerendo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

Christurus D. Iacobum concionem audit, vel eius discipulum, atque ad pedes eius agnus prosternitur manifestissimus, discipulus fidelissimus, & *Ida. 6. 44.* Angelus devotissimus. *Verba que locutus sum vobis (ait ipsa veritas) Spiritus & vita sunt.* Dei verba Spiritus & vita sunt. Quanti ponderis ac virum fuit offibus illis apud Ezechielem mortuis, aridis corosis, nullo viæ signo, vel vni Spiritus super ea insufflatus? quæ qualia surrexerunt, quam robusta, quam formosa &c. Ad regulam hic cadit argumentum D. August. multum sibi timeat peccator, quando audit Dei verbo, non emolletur, non illud corde retinet, non ex eo ad meliora confugit. Ad rem multa perpendit. Sed pura loca, præsertim illum, in quo mentio fit de misero Rege Amara: qui verbum Dei sibi à Prophetâ propositum non audiuit: quia Deus eius punire voluit idololatrias: Et noluit audivit Amara: eo quod Domini voluntas esset, ut traderetur in manus hostium propter Deos Edom. Circa quæ profunda disputat Theologie societa, sed clausus reservanda.

Ida. 6. 44.
Eze. 37. 4.
T. de grat. & li. a. b. c. ad. To. 4.

§. 16. In magno festiuitatis die clamabat Iesus: si quis sitit &c. Tacuit Christus ad sui exonerationem: atque ad nostram utilitatem alius exclamavit, & quidem adhuc aquas viuas offerendo.

43 **E**rat hoc festum Tabernaculorum à Deo in lege veteri institutum, quintadecima Septembris per septem continuos dies usque ad vigesimam primam eiusdem mensis. quibus octaua, vt vltima à es annectebatur, & celebratissima, nempe vigesima secunda. Septembris dies octauus erit celeberrimus atque sanctissimus. Siquidem Christus quibusdam præcedentibus diebus magno Spiritus sermone predicasse: tamen vltimo die ad medium prædijce Templi supra modum altius exclamans: *Stabat & clamabat:* immensam suam ostendens bonitatem & misericordiam; quanto namque diligentius conabantur homines impedire & præturbare opus, quod præ manibus habebat, nostram scilicet redemptionem, tanto ipse laborabat hoc efficere studiosius: & quanto illi dona diuinæ gratiæ cõtemnebant acerbius, tanto ipse ea sub æquarum Symbolo clamore maximo offerbat liberalior: *Iesus clamabat. Si quis sitit, veniat ad me &c.* Indubie magna continent hi clamores vocesque mysteria.

Hoc vnum inter alia de illo Pater æternus di-

xerat, quod non vociferaretur, non altius vocem atolleret, atque adeo submisso loqueretur, vt vox eius vix audiretur. Diuina sunt planè verba, & Isaiæ exquàm is illa Rabbini omnes ad literam interpretatur. pretentur de Christo seu Messia, insuper & D. Matt. assueerat in Christo fuisse completa: *Eccc Ista. 42. 1. seruus meus suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Dedit Spiritum meum super eum &c. Non clamabit, neque audivit vox eius foris.* Illa verbosenus perpendunt SS Patres, nominatim D. Epiph. a. D. Amb. b. D. Hier. c. *Eccc, loquitur Pater æternus aperite oculos, & in seruum meum illos dirigite: quia in illo comprehenditur, quidquid videndum est cum & ipsi cœlum oculi ab eius conspectu non fatientur. In quem desiderant Angeli prospicere, seruus meus.* D. Matt. legit. *Puer meus.* Aduerit D. Amb. quod in 5. pag. Puer duo significet: parvulū & seruum & utroque sensu hic debet intelligi. Primò dicit: *Eccc puer meus id est parvulus meus.* Loquitur eo modo, vt teneritudinē & delicias amoris æterni Patris indiget erga Christum, & pariter Christi innocentiam: ideo D. Iustinus Martyr, catalogū conscribens nominum Christi, hæc vnum inter alia considerat. *Puer.* Innocentissimus est in quo dolus nullus, nulla fraus, nulla traditio, nulla mentis duplicitas, eo planè modo, quo D. I. e. nos optabat esse parvulos: *Quasi modo genui infantes, rationabile, sine dolo &c.* Secundo seruum indicat. *Eccc seruus meus.* Eo nomine filium appella, inò quod Deus non esset, aut filius suus natura is, talis vti do Chitque erat, talemque se comprobavit, vt ait D. Pat. flus dicit: *Qui prædestinatus est filius Dei in virtute, secundum seruum Spiritum sanctificationis, prædestinatus vt sit filius unius.* Dei naturalis atque vt talis, virtute polletis diuina sanctificandi, & dandi Spiritum S. auctor gratiæ, & sanctificationis. Hoc est esse filium Dei naturalem, habere virtutem sanctificandi, & creandi Dei filios adeptiuos.

Hoc iterum ait Apost. *Primus Adam factus est in animam viuentem, nouissimus Adam in Spiritu viuificantem.* Primus Adam animam adeptus est ymentem, ex qua verus fuit homo, & virtutem habuit homines generandi. Secus autē conceptus fuit cum essentia Dei adeo vera, vt filice possit gignere Dei per gratiam sanctificantem. Verus erat Deus æqualis Patri, sed seruus vocatur. Primò: ex ea parte, qua homo erat, & veram habebat humanitatem, secundum quam minor erat Patre, ipsoque inferior. Secundo, vt declararetur quòd totum Christi mysterium factū sit in gloriam & Patris cœlestis obsequium. Nota est iuris illa propositio, seruus quidquid est, aut

a. L. 2. con. haref. Sab. b. In Luc. Tom. 4. c. Epist. ad Algas. 2. Tom. 1. Dial. con. Tryphon.

Rom. 1. 24. 1. Pet. 1. 2. 2. Cor. 12. 13.

aut habet aut agit: Domini est: Totus ipse, & in omnibus Domini est. Talis fuit Christus, totus in gloria Patris, atque ut ageret, quidquid illi Pater faciendum imponeret, nostram scilicet redemptionem ad sui nominis exaltationem. Nec sibi meruit gratiam, non eius augmentum, non gloriam essentiali, nec virtutes, nec dona: omnia in nostrum cesserunt commodum, Patrique sui gloriam & famulatum: *In laudem gloria gratia Dei*: Hoc est quod heri ex eius ore percipimus: *Ego gloriam meam non quero, sed honorifico Patrem meum.*

Eph. 2. 6.

44

Insuper ea de causa ab Apostolo vocatur: *Splendor gloria Patris*. Splendor solis eo dirigitur ut esse, claritatem, & solis demonstrat pulchritudinem: & hoc ipsum Christus peregit: etenim manifestavit gloriam, pulchritudinem, magnitudinem & essentiali Patris: quocirca iam moriturus ait: *Pater manifestaui nomen tuum hominibus.*

Iov. 17. 6.

III.

Talis est iste seruus meus: unde & *Suscipit eum*. Hoc verbum *Suscipere* significat in se suscipere, in curam suam, defensionem & auxilium. Sic *Suscipere* enim ait Apost. *Suscipite invicem, sicut & Christus Rom. 1. 7. suscipit vos*; & iterum: *Suscipite infirmos*. Idcirco rogabat David: *Suscipe me secundum eloquium tuum, & vitam, & non confundas me*. Unum ex altero sequitur: quandoquidem ipse ut fidelis Patris servus, nullam aliud studium cordi habuit, quam Patris honorem: Pater similiter nihil ita spectare debebat ut filij sui dignitatem: si namque Deus eorum curam gerat qui ipsius Dei curam gerunt, & ante promiserat ijs, qui de locis suis ac regionibus ascenderent diebus Paschatis solemnioribus ac festis ab ipso prescriptis, ut omnem abijcerent curam, quod ipse in se curandas susciperet eorum aedes, bona, ac domos, quo tempore hoc eius seruitio detinerentur, quanto magis eius gloria prospiceret, qui nunquam aliud quidquam prater eius gloria cordi habuit, imo animo ita sincero & fervido, ut pro illa vitam suam fundere non dubitaverit: *Suscipiam eum*: ego ad honorem eius, dignitatum, & defensionem omnem meam ceteram industriam. Unde non male dicere potuit ore Davidico: *Ego dormivi & soporatus sum, & exurrexi: quia Dominus suscepit me: ecce Deus adiuvat me, & Dominus susceptor est anima mea.* In ambas dormini aures, quandoquidem Dominus, nullo non tempore ad honorem meum & defensionem intendat: *Dominus sollicitus est mei* In hoc fundatur illa responsio, quam heri perdidit illis dedit, dum eum conuictis appetunt acrioribus, & moniam eum & Samaniam appellantes: *Vos in honore estis me*. Ego

Pf. 3. 6.

Pf. 53. 6.

Pf. 39. 18.

non quero gloriam meam, est qui querat & indicet. Ita mihi charus est, inquit Pater æternus, ut Complacuit sibi in illo anima mea. Quod postmodum altius intonuit: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*. Hic mihi tollit omnem molestiam, ab sit ut vllam mihi adferat, ipse etenim, qui omnem mihi abstulit grauedinem, qua mihi molesti extiterunt, & existunt homines, quantumlibet enim excaudescam: in eum tantum intueno, placatus sum, ira deferuet, & ab omni mens furore temperatur.

Proh! quot hic latent myseria, in quo tota comprehenditur Theologie sublimitas de no-Spiritus scelerum scelerum remissione, de nostratum animarum iustificatione, & glorificatione; hæc enim scit super omnia in Christo & per Christum efficiuntur, ut mundos saepe reperit Apostolus. Adde: *Dedit Spiritum meum super eum*. Hoc ex illo sequitur, cum enim sit ab omni labe purissimus, in quo nihil non amabile, requiescet super eum, inquit, Spiritus meus. *Est Spiritus S. incoinquatus, amans bonum, humanus, benignus, mundus &c.* Hic non requiescit non sicut sedem, ubi culparum spine pullulant, ubi defectuum & libidinum germinant immundities. Non permanebit Spiritus meus in homine, quia caro est: dixit Dominus eo tempore, quo mundus sceleribus immundus inhorretur. Christus ab omni est culpa purissimus, totus amabilis, ita impolutus, ut heri ostendimus, unde & super eum tota diues plenitudine requieuit Spiritus Sanctus. *Requiescet super eum Spiritus Domini*. Euolat de Isai. 61. 1. arca columba, & in ipsa tantum illa requiescet. Procedat Spiritus S non solum a Patre, sed etiam a Filio, & in ipso requiescet taliter, ut non in anima vel corde requiesceret, in quo Christus non habitaret.

Sed quid amplius his verbis Pater celestis indicauit. Est Spiritus S. amor Dei; proprie conuenit amori dare idque tanto liberalius, quanto fuerit ipse feruentior. Si moeicus sit, modicum tribuit, si multus & feruens, multa. Spiritus Sanctus amor est infinitus; unde datius est infinitè, & bona largitur infinita; quocirca sicut amor dum ardens est, non requiescit erga dilectum, sed dato vno munere, & aliud atque aliud vult imperitari, quamdiu dare potest, donec qui diligit proprijs se denudet facultatibus, imo & cordis intima profundat: omnia namque dilecto contribud. dicit Ionathas David, etenim vsque ad tunicam, qua tegebatur, omnia illi concessit, sic & Spiritus S. non quiescit in largiendo hominibus; & concesso vno, statim agit de altero concedendo. Ea de causa, creato hoc mundo visibili, refert

Sap. 7. 22. *Gen. 1. 3.* *Isai. 61. 1.*

IV. *Sap. 7. 22.* *Gen. 1. 3.* *Isai. 61. 1.*

V. *Sap. 7. 22.* *Gen. 1. 3.* *Isai. 61. 1.*



Gen. 1.2. Sancta Pagina. Spiritus Domini ferebatur super aquas. sicut avis incubat ouis, ut illis virtutem tribueret producendi in mundo creaturas, atamen dicit, quod non quiesceret, sed quasi in continuo motu volitaret, & renouaret super aquas. Alia lectio habet. Volitabat super aquas, est enim amor infinitus & cum aquas dedisset, atque hæc visibilia in hominis commodum produxisset, non quiesceret ulterius progredi debebat, ut daret sine termino, & infinite: quocirca homine iam creato, dedit illi tellurem cum plantis, fontes cum refrigerijs suis, solem & lunam cum pulchritudine sua stellas cum luce sua, caelos cum suis influentijs, Angelos in cultodes: gratiam suam, dona sua, sapientiam suam impetitus est, & nedum quiescit: semper enim quasi volitabat ut daret homini: quia amor est infinitus, nec quiescit dona tribuens infinita. Porro quoniam ipsam largies Deum in persona: Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Opus hoc fuit amoris Dei, munus exiit talis amoris, quo dato requiescit: *Dei Spiritum suum super eum* Nihil vltia restat elargiendum.

Ps. 135. Possidet aliquis domi suæ fontem, omnes pro aqua ad eum confluunt, vnus vale capaciorem, quam alter: vno & altero die concurrunt, nec cessat a dando cunctis aduenientibus: porro si fontem ipsum eis largiretur, iam sifteret nihil enim dandum superesset, Bonorum omnium fons Christus est.

Ps. 135. Hic in hæu Patris quiescebat: *Apud te est fons vitæ*: huc accurrebant omnes, quotquot aliquo indigebant & omnibus dat assuenter. Quanta suos largitur fructus vbertate, de quo dicitur: *Erit tanquam lignum, quod plantatum est* &c. quod fructum suum dabit? Notat hæc verba psalterij D. Amb. Quod fructum suum dabit in tempore suo, atque in ijs hoc primum: Dabit, & ait: *Ligna terra fructum non dant, sed ferre dicuntur*. Dare etenim supponit voluntatem, si proprie loquamur. Equidem Christus liberè dat, & perfecta libertate. Dat omnibus assuenter, quantum indigent. Lignum vitæ (D. Ambros.) & sapientie dat fructum, hoc est, largitur donat. Omnibus liberaliter & abundanter dat fructus vitæ gratiæ, & fructus diuinæ sapientie: quocirca omnes ad Christum accurrebant, idcirco velut vitæ fons, qui de sinu celestis Patris nascitur, abundanter liberalis, & liberaliter abundans omnibus ad se accurrentibus elargitur, cum omnia Pater operetur & decernat per filium, verum hoc operatur Spiritus S. dedit S. diuinus amor, ut nobis Pater hunc fontem tribuat, & per ipsum nobis illum profudit: *Sic Deus dilexit mundum* &c. iam nihil superest tribuens.

Rom. 8. 32. Hieron. Bapt. de Lanna Tom. III.

dum. *Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam esse illo omnia nobis donauit?* Non ait: qui nobis filium suum tradidit, sed qui filio suo non pepercit, & pro nobis omnibus tradidit illum, non enim illi lat erat illum taliter qualiter dare: nec ut hic venientem in mundum homines illum benigne reciperent, illi seruirent, nec molli gossipio (ut dicitur) illum reclinarent, sed non pepercit illi, verum crudelissime omnium bestie tradidit potestati: malitie nimirum efficaci hostium suorum, imo ipsius diaboli. *Vera pestema*, quam dixit Iacob, quæ filium illius in frustra dilaceravit, ut in eum ageret qui quid aut potestas posset aut voluntas vellet, vsque ad mortem crucis ignominiosam. Qui tam liberaliter filium suum ea dedit intentione, atque ut nobis suum profunderet sanguinem, vitam suam, suis merita, suam redemptionem, qua ratione suspicabimur, illi quidquam superesse quod nobis minime tradidisset?

His fundantur argumenta S. Theologie de causis Incarnationis filij Dei, qui namque illum principaliter operatus est, amor hic fuit Dei, cum enim sit summum bonum, homini cupiebat adferre summam diuinæ essentie communicacionem, hæc autem sit per mysterium, quo factus est homo. Domine mi, quid rerum faciet iste tibi charissimus filius quando factus seruus in mundum venerit, seque in eo manifestarit? *Non clamabit, atque accipiet personam, neque audietur vox eius foris*. Legit D. Matt. *Non contendet, neque clamabit nec audiet aliquis in plateis vocem eius*. Quomodo fiet istud? Hoc hodie considera, quia in loco omnium maxime publico, id est, in templo Hierusalem, in die maioris populi confluxus, in festo solemniori stat, vocem atollit, & clamat. *In magno festiuitatis die habet Iesus, & clamabat*.

Duo sunt genera clamoris, vnum contentiosum, & iracundum, dum verba effutit inordinata. Duo generis hic malus est clamor & filius iræ, crimen capitalis claudere de quo meminit Apostolus. *Iræ & indignatio, mors. & clamor, & blasphemia tollatur a vobis*. Ut de Ephe. 4. 31. clarat D. Greg. 9. & apposuit D. Tho. 6. & hunc a Lib. 31. Christus non habuit, in quo fuerunt affectus omnes ita moderati, ut eorum nullus esset incompertus. Est & alius clamor, qui oritur vel ex desiderio alicuius rei, ut enim ostendas, quam ardentem illam exoptes, clamore magno tibi illam concedi efflagitas, vel ex pœna seu dolore, quo ex recepto damno affligeris, vides etenim domum exuri, ut autem auxilium adferatur, vocem extollis, & hunc habuit Christus, nostram enim exoptans bonum, & illo nos inuitans, videns nos

VII. hic

huic nequaquam attendentes, vociferatur ut gradum sistamus, illumque auscultemus. Nostrium inruerit malum quod festino gradu ad tartara properemus, nihilque sit quod nobis remoram iniiciat, vociferatur, vobis acclamat, ut aures illi præbeamus, ac imminens nobis periculum attendamus.

Clamore magno saepe prædicandum est quomodo vis discursus esse submissos, si domus tua flammis in cælum ascendentibus exuratur, iram commouendo diuinam: tu vero stes otiosus ut cytharam pulsans, risui dedecus, iocisque intricatus? Qualiter vis hic se à clamore cohibeat, qui te cernit gressu ad infernum tendere celeriori: quem diabolus hoc itinere properantem abripit, quod ita volupè perambulas: tu vero lætitia, cætibisque sacris indulgeas? Quas voces non emitteret medicus in vrbe lue contagiosa infecta, in qua febribus homines, & peste mortifera languerent, si non lenibus expensis cordiale confecisset sufficiens ut omnibus illud sumentibus salutem valeat impertiri: videret nihilominus, quod ad illud inuitando, imo gratis concedendo, non esset, qui accederet, imo singuli dicerent: hæc ego peste infectus manere gesticio, & hæc ardentissima febrî decumbere?

VIII.
Similitudo.

IX.

Apertius loquor. Duo ad Christum spectabant quæ eius personam tangebant, & quæ nostram salutem & remedium. Si spectes illius negotia, tacet, ad non idcirco vociferabatur: quinimo supremis ap-
nostra ve- peritis conuictis ut agnus detonsus, non a-
ro voci- perien sos suum obmutuit: Sicut eius ad occasio-
feratur. nam ductus est, & non aperuit os suum. Quis
Ist. 3. 7. cum malediceretur, non maledicebat; cum
1. Per. 2. pateretur non comminabatur. Ipsa nocte, qua

23. captus ab inimicis sistitur in eorum concilio, & repetitis quæstionibus contra vitam suam interrogatus, nihil respondit: ita ut ad unum ex ore eius verbum extorquendum expedire iudicauerit summus sacerdos eum per Deum viuum adiutate: *Adiuro te per Deum viuum, ut dicas nobis* &c. Ad Herodis tribunal adductus, & molesta nimis ac frequenti interrogazione provocatus: Interrogabat eum multis sermonibus semper tamè tacuit & quamuis præsentibus adessent Principes

Matt. 26. 66. *Interrogabat eum multis sermonibus semper tamè tacuit & quamuis præsentibus adessent Principes*

Luce. 23. 9. sacerdotum Constantiter accusantes eum, silentium tamen seruauit altissimum. In prætorium tractus Pilati, de grauibus multisque criminibus accusatus, & vna atque altera vice interrogatus sic filens obmutuit: *Vi miraturus Præses vehementer.* Frustra expectas ab eo, quod vocem sit sublaturus, contra inimicos expostulans, aut eum illis acriter contendens, aut in defensionem sui vel

verbum adducturus: nequaquam: *Non contendet neque clamabit.*

Mysterium hic contemplare passionis Domini nostri verè sublimissimum, nam idcirco præter cælestis illud hic notatè indicauit. Quem mihi reu inuenias, qui licet culpæ noxius, dum accusatur, non pro se respondeat, & accusatoribus ac testibus se opponat aduersariis, toto laborans studio ut crimen vel neget, vel excusando diminat: Et quis hominem vidit nullius flagitij reu, & qui perfectam possit dare satisfactionem, & innocentia suæ testimonium, si falso tamen & multiosè raptus sit ad tribunal, vocem suam coram Iudice non attollat, protestatus iniuriam sibi iniuri grauissimam ad Dei prouocans iustitiam, seipsum exonerans, & contra accusatores suos leonem indiens, exandescat: Ab vnicò Christus Dominus noster commendatur, quod in omnibus, & per omnia tacuerit, nec cum inimicis cõtenderit, nec in aduersarios testesque fremens instruxerit, nec falsis eorum responderit obiectionibus, nec quidem dixerit, obiecta crimina vera non esse. (habet hic illud: *Non contendes, non clamabit*) sed diuinam illam integritatem seruauit, non conquestus est, non appellauit, non protestatus est, non contradixit: illud complens, quod in agni sacrificio præfigurabatur à Deo præstitutum, ne os aliquod confringeretur, per hoc integritatem significans Saluatoris, illud prototypon non superatum, & ab omni infirmitate alienum: illud non conqueri, non ingemiscere, non in aliquem commoueri, non in alios protestari, eximium per hoc demonstrans illud Sacramentum, quod in præclara eius morte comprehēdebat. Itaque in eo quod ipsum concernebat, tacuit Dei se committens iudicio, qui in se susceperat honorē eius: rueri integerrimum iamque dixerat: *Suscipiam tum*: Illud considera in eo quod heri proposuit nobis Euangelista: eum enim tam horrendis eū inimici conuictis iacerant Samaritanum & demoniacum calumniantes, insignem semper seruauit mansuetudinem, tota, ut vidimus, benignitate respondens imperturbatus cælesti suo Patris & seipsum commendans protegendum: *Est qui quarat & iudicet.*

Verum enim vero in iis quæ nos spectant, vociferatur, clariore edit, & altu n intonat: agebat enim cum surdis, cum misericordia suæ cõtemp-
toribus, cū iis qui voluntariè in animæ suæ ruina properabant. Clamore valido locutus est nobis condolens, & cernens quàm flocci vitam æternam faciamus, & quàm festinè ad tartara procurramus. Voce magna clamauit, dum illi
non

non respondemus, & ad eius clamores obfurd-
timus, & tactus dolore cordis intrinsecus, cum
sui deficiamus, nobis ille viuas offert aquas: nos
autem illas peruersi repudiemus: Hæ sunt eius
voces: *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.* Illa spe-
ctat variis Isaie verba: *Omnes sitientes venite ad a-*
guas. Notat D. Hier. quod in Hebræo sit quoddam
interiectio, quæ apud Hebræos eximium deno-
tat dolorem & compassionem: *Heu qui sititis, ve-*
nite ad aquas. Metaphora sumitur ab eo, qui me-
dius stat inter morfos à serpentibus, & aspidibus
sui morientes, cuius hoc omne studium esset, vt
anxia nimis diligentia aquam inquireret, si for-
te fontem inueniret aquas ebullientem suaves,
recentes, refrigerantes, illasque sitientibus offer-
ret: & quidem gratis: videret autem nemine acce-
dere, bibere velle neminem, imo potius cunctos
eorum magna molestia, & sudore effodientes
illudque inter manus compimentes, si forte vel
aquæ guttū elicerent, quæ vel non efflueret, vel
lutosā foret & malefana: quo cordis dolore, &
commiseratione exclamaret: *Heu amici mei, sitis*
perantes, attendite, quod vbi aquas quaritis, eas

nequaquam inuenitis, saltem tales, quæ vobis si-
tim extinguant, imo potius ilam irritabunt acer-
bius. Venite, & videte, ecce viucentes offero vobis
aquas limpidas, recentes, sanas & quidem gratis,
nullo vestro labore, nullo impendio: ò quantum
ingemisceret! Taliter Christus ingemiscit hodie,
nobisque condolet, hoc illi trahit de corde suspi-
ria, voces exprimit clamorosas, noltram quæ plā-
guamentiam, fatuitatem & insipientiam: *Et en qui*
sitis, venite ad aquas &c. Quænam sunt, ò Domi-
ne, illæ aquæ illæ quas nunc in mundo cõstans
promittit (ait D. Hier.) exclamando: *Si quis sitit,*
veniat ad me, & bibat. O quales aquæ! quàm vi-
uæ, quàm efficaces, quàm sufficentes vt sitim ex-
tinguant, vitamque largiantur? ò quantum contine-
ant, & tribuunt refrigerium! ò quàm gratanter
illas offert, & concedit, vt diximus de Samarita-
na! illum cum ipsa deprecemur: *Domine, da mihi*
hanc aquam: Fons diuine, da nobis hanc aquam,
da nobis hanc per tuam misericordiam, quatenus
hic de fontibus illis gratiæ bibentes, illa in glo-
riæ pelago perfruiamur. Amen.

S V M M A R I V M.

HOMILIÆ TRIGESIMÆ SEXTÆ SEQVENTIS.



HODIERNVM Euangelium ad tria puncta reuocatur. In primo Domi-
nus ab Euangelista scribitur in Galilæa, profugus à Iudæa timore
mortis, quam illi in Iudæa Iudæi inferre moliebantur: vt enim cum a-
liis nobis ostendit diuina virtute fortissimum, sic modo describit il-
lum humana timidum infirmitate. *a.* declarando veram fuisse huma-
nam naturam quam assumpserat ex eiusdem effectibus, quos ad sui nominis assump-
sit gloriam, nobis autem ad gloriam & emolumentum. *b.* Inter hos timor *c.*
mortis, quo percussus sæpius se subduxit. Primùm, demonstrans assumptæ humanæ
naturæ veritatem. *a.* ac licitum esse Christiano fugam aliquando capessere tempore
persecutionis. *d.* Secundum, pericula nobis esse declinanda. *e.* qui namque hoc mini-
mè agit cum possit, vultque vt Deus eum eripiat, tentator hic est Dei, vt exponit D.
August. & facta Sanctorum nos instruunt. *f.* Tertium, nos docet, qua ratione nos o-
porteat opera nostra bona peragere diuinæ in omnibus conformes dispositionis. *g.* In
secundo puncto quidam Saluatoris introducuntur parentes, qui nondum in illum
credebant, eum adhortati vt Hierusalem tenderet, proprii lucri cupidissimi: frequens
hoc est admodum mundanis parentibus. *b.* Quibus respondet Christus illis primò de-
clarans quod gloriæ suæ mysterium ignorarent, per crucem explendæ. *i.* nos pariter im-
buens, vt tempus nobis concessum vt illic transigamus, cum modicum sit. *k.* Et secun-
dò

O o o o 2

dò